

*122. Instrumentum venditionis
et donationis in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*122. Instrumentum venditionis
et donationis in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

1431-05-15

(c. 33v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo tertio decimo primo, regnante serenissima domina domina nostra Ioanna secunda Dei gratia Ungarie, Hierusalem, Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque regina, Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno decimoseptimo feliciter amen, die quinto decimo mensis madii, none indictionis, apud civitatem Potentie.

1

Nos Gaspar de Aprutio annalis iudex civitatis Potentie, Thomasius Strambus de Potentia publicus ubilibet per provincias Principatus citra et ultra terrarum Montorii, Capitinate et Basilicate regia autoritate notarius // (c. 34r) et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico pote(state)m atque testamentum quod predicto die eiusdem ibidem in nostri presentia constitutus personaliter vir nobilis Petrus de Papello, habitator terre Santi Mauri de provincia Basilicate, procurator nobilis mulieris Maselle d(omi)ni Io(ann)is de Salandra et vir ipsius et autorizans in procuratorio in hac infrascripta venditione prout nobis [pe]r quoddam puplicum instrumentum indefattum constitit, quod vidimus, legimus et inspeximus non abbolitum, non

Il trascrittore cinquecentesco ha vergatomillesimo quatricentesimo tertio decimo primo; senza dubbio si tratta di un errore che va corretto con millesimo quatricentesimo tricesimo primo, giacché l'era regni fa riferimento al diciassettesimo anno di regno di Giovanna «II» d'Angiò, che coincise con il 1431 (computando per anni interi); al 1431, inoltre, spettò la IX indizione, indicata nel documento

cancellatum, nec in aliqua sui parte vitiatum, scriptum in quadam carta membrana, post signum sante crucis, tenoris et continenti[e] subsequentis: (si veda doc. n. 121). Eodem preditto die eiusdem ibidem in nostri presentia constitutus dittus Petrus procurator ut supra et vir ditte Maselle, procuratorio nomine et pro parte ditte Maselle cuius est legitimus procurator, consensiens prius in predittum iudicem tamquam suum, cum sciret ex certa sua scientia suum iudicem in hac parte non esse, suam iurisdittionem voluntarie prorogando, non vi, dolo, metu duttus, nec aliqua suasionem motus, ut dixit, post cuiusquidem instrumentum <sic> ostensionem, sua gratuita et spontanea voluntate vendidit, alienavit et traddidit et per corporalem possessionem per stipulationem assignavit, iure proprio et inperpetuum, don(n)o Angelo de Todaro, clerico mayoris ecclesie Potentine, preposito, procuratorio <sic> et iconomo, ut dixit, ecclesie Santi Gerardi et totius capituli eiusdem ecclesie ibidem presenti, ementi, recipienti nomine et pro parte omnium clericorum ditte ecclesie et capituli et successorum ditte ecclesie, medietatem omnium terrarum ditte Maselle uxoris sue pertinentem, spettantem ex successione <et> iure hereditatis quondam Trucie matris eiusdem et assignaviti ut dixit, pro dotibus ditte quondam Trucie et ad ipsam Masellam de iure spettantem ratione successionis maternelle, ut dixit, sitasque dittas terras in tenimento civitatis Potentie, in contratibus subscriptis, videlicet: in contrata Petre Repulse et Madam quondam domini Robertelli de Petrafissa et ultra vallonem decurrentem aquam versus dittam Madam // (c. 36r) et usque ad fontanilem, ubicumque in dittis contratibus sistent(es), eorum limitibus circumdatas et tituli designatas per eorum

lateres <sic> conclusive, cum arboribus frutiferis vel infrutiferis, cultis et incultis, cum aquarum decursibus, fontibus et pratis, erbis et omnibus aliis iuribus et rationibus, ingressibus et regressibus suis infra vel ex(tra) habitis et (con)tentis, usque ad vias publicas. Et dittus procurator, procuratorio nomine quo supra, coram nobis alteram medietatem dittarum terrarum ditto don(n)o Angelo procuratori et iconomo, nomine et pro parte ditte ecclesie et clericorum et successorum, ex sua certa scientia donavit, <titulo> donationem simpliciter et inrevocabiliter inter vivos quod ditti clerici et successores ipsorum, pro quibus terris, ditti clerici teneantur orare pro anima ditte quondam Tructis <sic> matris ditte Maselle et defunctorum ipsius et sacrificium prestare ad habendum, tenendum et possidendum, vendendum, permutandum necnon et de ditta medietate dittarum terrarum scriptarum <sic> quocumque modo alienare voluerint ditti clerici ecclesie supraditte et successores eiusdem, pro finito pretio inter eos convento in car(le)nis argenteis, sexaginta per unciam et duobus pro tarenis quolibet computatis, unciarum trium et tarenorum decem usualis regni pecunie et ponderis generalis, totum silicet pretium venditionis ipsius; quas uncias tres et tarenos decem usualis regni pecunie et ponderis generalis dittus Petrus venditor et procurator, ut supra, coram nobis confessus fuit se recepisse et manualiter habuisse a ditto don(n)o Angelo procuratore et iconomo ditte ecclesie, pro causa et inditione <sic> ditte medietatis dittarum terrarum, pro irrito pretio convento; quam donationem revocare non possit occasione // (c. 36v) ingratitudinis vel donationis immense vel aliqua alia ratione vel causa, promittens insuper dittus Petrus

procurator, ut supra, procuratorio nomine et pro parte quo supra, per se suosque heredes et dittam Masellam et heredes ipsius, eidem don(n)o Angelo procuratori et iconomo, procuratorio nomine quo supra, pro se, clericis ditte ecclesie et capitulo eiusdem ecclesie et successoribus ipsius stipulanti, litem vel cotroversiam ipsi emptori procuratorio nomine quorum supra ullo unquam tempore non inferre, nec inferenti consentire vel assentire, tam de dittis terris venditis et donatis ut supra; immo ipsam donationem et venditionem tam in proprietate quam in possessione ab omni homine, uni(versita)te, collegio et persona quacumque legitime defendere, autorizare, disbrigare et de evittione teneri et dittam donationem et venditionem eidem emptori et procuratori ut supra et suis successoribus et omnia et singula supradicta et infrascripta firmum et firma ac ratum et rata habere, tenere et nunquam contrafacere vel venire, per se vel heredes ditte Maselle uxoris sue aut aliquos quovis modo, in iudicio vel extra, de iure vel de facto, aliqua occasione, modo, ingenio seu trattatu, sub pena unciarum auri viginti, (im)partiri ditte Maselle uxori sue et heredum <sic> ipsius supra dotibus ditte Maselle. Et dittus procurator, ultra dittam obligationem et procuracionem, sponte et voluntarie et expresse obligavit se et heredes suos ad <penam> stipulatam ut supra, medietate ipsarum penarum reginali curie et alteri curie ubi exinde fatta fuerit reclamatio seu querela et altera medietate dittarum penarum ditto don(n)o Angelo, procuratori et iconomo ditte ecclesie // (c. 37r) pro se et successoribus suis, persolvenda, totiens seu quotiens fuerit exinde quomodolibet contrafactum, me preditto notario tamquam persona publica pro parte dittarum curie et ditto emptore procuratore ut supra

procuratorio nomine et pro parte dittoꝝ clericorum et ecclesie prelibate a prefato venditore et procuratore ut supra sollempniter stipulantibus penam ipsam; qua comissa vel non comissa, soluta vel non soluta, exatta vel non exatta seu gratiose remissa, presens nichilominus instrumentum, cum omnibus contentis in eo, in suo semper robore et efficacia perseveret, cum refettione omnium dannorum interesse et expensarum litis et extra que fuerint propterea quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assertioni cum iuramento ditti emptoris et successorum ipsius; et renunciavit super hiis voluntarie dittus procurator venditor exceptioni doli mali, vix, metus et in fattum, deceptionis et fraudis reique predicto modo non geste vel aliter habite, quam superius continetur et est expressum, exceptioni ditte vero pecunie non habite, non recepte ac non boni argenti et non ponderati, legi resscissione <sic> qua deceptis ultra dimidiam iusti pretii subvenitur et generaliter omnibus aliis iuribus auxiliis et beneficiis omnium iurium atque legum et specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem non valere et iuri per quod cavetur quod ditto iuri renunciari non potest, quibus et propter que ditta venditio et donatio ac confessio scripti huius tenor possent in aliquo minui vel infringi; pro quibus omnibus et singulis attendendis et inviolabiliter observandis quodque predicta omnia et singula vera sint, predictus procurator et venditor coram nobis prefato emptori presenti et recipienti corporaliter tatta <ad> santa Dei Evangelia // (c. 37v) prestitit iuramentum et voluerunt ditti contrahentes quod si aliqua iuris sollempnit[as] deficeret in presenti instrumento, tacit[e] et expresse intelligantur in eo et totiens refici et emendari possit ad cons(iliu)m sapientis donec opus

fuerit, veritatis substantia non mutata, presente parte vel absente, citato vel requisito vel non. Unde ad futuram rei memoriam et preditti Petri procuratoris et venditoris <et> preditti emptoris procuratoris, ut supra, et successorum ut supra et cuius interest cautelam, fattum est exinde presens instrumentum per manus mei preditti notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis ac notarii, subscriptorum testium literatorum et inliteratorum subscriptionibus et subsignationibus roboratum.

2

3

4

5

6

7

8

Quod scripsi ego predittus Thomas ut supra notarius qui premissis omnibus vocatus et rogatus interfui, ipsumque meo consueto signo signavi. (SN) Ego qui supra iudex Gaspar de Aprutio Ego Iacobus de Bono Io(ann)e testis sum Ego Laurentius de Populo testis sum Ego Matteus Cappellus testis sum Signum crucis proprie manus

Così S per serras

Così S! per notumfacimus et testamurAdd note here

Così S per in

Così S per maclam (qui e in seguito)

Così S per ex

Così S per irrita

Così S per promissionem

Machie de Camillo testis idioti qui interfuit et scribere
nescivit Ego Antonius de Piczuolo testis sum Ego
Antonius de Lauro testis sum Ego Adiel de Lauro testis
sum

9